

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Agens De Rebvs Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumque usu, acquisitione,  
conservatione, & alienatione

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

§. 2. De iure sepulcri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61834](#)

Et magni aestimabant corpora sua non prope Apostolos, sed extra eorum vestibulas sepeliri, & homil. 66. ad pop. Antioch. dicit Constantinius Imp. magno honore affectum, quod pro toribus piscatoris, corpus eius humatum fuerit factusque sit Constantinus Piscatoris ianitor. Constat quoque Theodosium iuniorem, patrem quoque Arcadium, nec non avum Theodosium in dextri templi Apostolorum porticus sepultos. Nicolph. l. 14 c. 58. Sed ita piorum Principum Religio non diu propria fuit, perinssimumque populatum est causis ex ipsa religione eritis, ut ecclesiastum praefides, ac Prælati, deinde presbyteri, tandem laici, quicunque intra templi limites sepulturæ mandarentur, ut clavis videt in c. cum liberum. de Sepul. Duranus de ritib. eccl. l. 1. c. 23. Zerola Pa. 1. V. Sepulcra num 1. Zecchus de Rep. Christ. c. 28.

VI. Ritum hunc defunctorum in locis ad consecratis corpora funerandi non corporis tantum, sed animæ causa quoque inventum esse complures observarunt. Corpus enim oculis subtrahit ne noceat, iniurias ne pereat, &c. In nidulo suo quietens, experiet vocem Angeli vocantis, Animæ vero piorum precibus & votis sublevatur, facitque sepulcri monumentum, ne memoriam peidat eorum, quorum presentia iam tum destituta est. Nec duobus viventum opera bona prodesse mortuis, qui sic vixerunt, ut prodesse possint. Atque in hunc sensum S. Augustini verbal. 1. de civ. Dei c. 11. & 13. intellige solatio vivorum esse funeris pompam, non verò subsidia mortuorum. Nam sicut non obedit iustis Sepulcra quantumlibet vilis & neglecta, ita impiis non pro-

dest quælibet exquisita speciosa, & pretiosa. c. Non estimemus, cum sequentibus 13. Q. 2. Bellarm. l. 2. de Purgat. c. ult. Loricinus. V. Sepulcra §. 11. Lancelot. l. 2. Inst. tt. 24. Durantus l. 1 c. 23. num. 11. & sequ. Gretser. 3. libris de funere Christiano Tholosan. l. 2. c. 13. & 14. Viguerius Institut. Theolog. 11 de Sacramento Panit. Vers. 33 de liberat. animar. à Purgatorio.

## §. II.

## De Iure Sepulcri

I. Consuetudo obtinuit hodie, ut elecio sepulcræ nulli non permittatur, modo pubes sit, & specialis nulla prohibitio obstat. Impuberi filio deligere patet potest, nisi forte loci consuetudo vetet. Matri idem permittitur cum Pater deest. Tholos l. 2. Synt. c. 13 Mol. D. 214. Armilla V. Sepulcra. 8. Navarr de Sepult. Consil. 2. Laym. l. 3. Tr. 6 c. 11. n. 6. Zypaus in Enar. anal. p. 200. Quin etiam alteri committere potes electionem, & variare usque ad finem dictum vitæ tuæ, quamvis contrarium promisisses. c. 1. hoc tt in 6. c. 1. de pactis eod. Riccius in praxi. decis. 663. qui addit electionem sepulcri per testes singulares probari.

II. Regulates, à quibus velle & nolle sublatum est, non eligunt sepulcram, nisi forte sic à proprio cenobio procul distent, ut illuc non possint cadavera deferriri. c. ul. de Sepult. in 6. iun. Glo. Abb. in c. Nimis num. 2. de excess. Pral. Quod si ita remotus non elegit certum locum, in Parochiali ecclesiis condeatur; nisi Ordinis sui vicinum monasterium sit, quod monasterium expensas

Yy 2 - præta-

præstabat pro Sepultura. Arg. I. si quis Sepulchrum ff de Religiosis, & sumptibus funeris ubi Prator. Qui tuneris causa sumptus factus erit, eius recuperandi nomine in eum ad quem ea res pertinet, iudicium dabo. Quod verò Prælatos attinet, qui Superiori carent, eligendi pro arbitrio potest: tem habent. Sed an extra monasterium suum posse, qui Superiorum non agnoscunt, tradit Abb. in c de uxore de sepul. Silv. Q. 2. Arm. n. 6. Rosella 11. nu. 2. Roder. To 111. Q. 60. ar. 1. De iis, qui Superiorum habent, quales sunt Priors, & Guardiani, non liquet. Mea si quid prodeste liberalitas potest, lubens, volens concessero. Sanc. b. l. 6. Mor. c. 14. n. 7. Rod. to. 3. q. 61.

III. Ordinarius est Episcopus, & ab illo animatum curæ præfecti, à quibus petatur Sepulturæ locus etiam intra ecclesiam, cathedralem videlicet, & parochialem. Abb. in c. Certificari de sepul. nu. 8. Zypa in Enar. anal p. 201. Post illos Religiosi privilegium habent recipiendi quoquecumque tā in cemeterio, quam ecclesia propria. Cle. Dudum. Abb. nu. 6. Mot. disp. 214. Hic autem Notandum est 1. huic iuri renunciare posse Religiosos, & pacisci cum episcopo, & Parocho de non admittendis postulationibus sepulturæ: quod pactum, licet abbit Generalis, & Provincialis consensu, validum erit, modò Superior immediatus & Conventus consentiant c. 1. de pactis in 6. 2. Cavendum prædictis Religiosis, ne cui Votum, aur. iuramentū persuadeant ut nullib[us], quam in sua ecclesia sepulturæ elegant, vel semel factam, non immutent. c. 1. de sepul. in 6. Prohibitioni quadruplicem persona annexa est 1. excommunicationis ipso iure incurriendæ, ac Pontifici reservatae. Clem. Cupientes de pænisci. si. 2. ut talis

electio pro nulla habeatur, & sepeliatur defunctus, ubi nulla electione facta secesserit. 3. Si quem sepelire contra hanc prohibitionem præsumperint, & restitutionem corporum, & ratione illius acceptorum teneantur. c. Ex parte. c. cum liberum b. t. 4. Hanc restitutionem si ion decem dies non fecerint, eorum ecclesia, & cemeteria tam diu interdicto subiacebunt, donec fiat Roder. tom. 3. Q. 58 ar. 7. Tusibus Conclus. 194.

IV. An religiosi, apud quos defunctus Sepulturā elegit, nō recipere tantum corpus possint, sed & Parochiam processionaliter intrate invito Parocho querunt. Franc. Zypa usq. cit. & Andr. de Vaulx in Parat. l. 3 tt. 28. §. 3. & convenienti, ulm hic, atque concordata locum habere, certum minimè licet. c. Ecclesiæ 13. q. 1. adit Piascius Par. 2. c. 3. nu. 50. Leonis X. in Conc. Later. Constitutionem, & super ea declarationem Sacra Congreg. 12. Ian. An. 1603, edita, ubi dicitur, nulli Ordini Mendicantium aut non Mendicantium cuiuscum cōsuetudinis prætextu permissi parochias cum cruce processionaliter, auraliæ ad effterenda, & levanda defunctorum funera intrare vel illa levare, nisi vocato, & expectato proprio defuncti parocho, eoq[ue] ibi præsente. Monet autē Roder. To. 3. Q. 25. ar. 1. in Leon. X. Constituzione Parochiæ non men nō significare ecclesiā parochialē, sed quam primò deferantur cadavera, indeq[ue] à Regularibus levantur, sed locum, in quo d'igit populus alicui ecclesiæ baptismali assignatus, ac certis limitibus terminatus: & per hunc velle Pontificem, ne transirent processionaliter Fratres, nisi præmonito Parochiano presbytero, cuius recusatione nō obstante possint cū cruce sua, parochiæ intrare.

PARS II. TIT. V. DE SEPVLTVRIS.

337

intrare, sine tamē ejus, & ordinarii præjurio, quod præjudiciū cōsistat in negatione quartæ funeralis. *Sily. q. 4. Oldr. Conf. 23. Zerola part. 2. V. sepulitura. n. 3.*

V. Famuli Domestici Mendicantium Ordinum, etiam Societatis Jesu, qui intra limites Monasteriorum obeunt, in Ecclesiā, vel cœmeterio Monasterii, aut Collegiū quantumlibet invito, & repugnante Parocho humari possunt, sine debito, & obligatione solvendi portionem Canonicanam. *Molin. disp. 214. Roderic. Tom. 2. q. 68. art. 2.* Addens, etiam interdicti tempore eadem solemnitate, qua Fratres sepeliri. *Comp. Privil. Societ. IESV. V. Famil. §. 1. Idem de Novitiis, & potiori jure dicendum, sive intra, sive extra Monasterium retento habitu decendant. Roder. To. 1. q. 39. art. 4. & Tom. 3. q. 61. art. 4. Laym. l. 3. Tract. 6. c. 12.*

VI. Electione sepulcri non indigent, qui Familiare vel hæreditarium habent. Familiaria dicuntur, quæ sibi quis, & familiæ sue constituit: quorum jus non transit ad cognatos, vel affines, si non inserviantur hæredes. *I. Ius familiarium C. de relig. & sumptib. fam. hæredibus tamen licet extraneis competit. I. is, consequente ff. Familia hercise. Hæreditaria sunt, quæ nobis, & hæredibus nostris procuramus. I. 6. ff. de religiosis &c. vel quod paterfam. iure hæreditario acquisivit. Covarr. inc. Raynatius §. 9. num. 23. Molin. disp. 188. §. Etiam si hares Vallensi. l. 3. tr. 28. §. 4. num. 4. addens non licere pactum, ne in Sacello aliquo præter posteros fundatoris alius sepeliatur: & tali pacto nostro obstante Prelatum urgente necessitate, ut si alias locis non sit, alios inibi humare posse. Archid. in c. Præcipimus 12. quæ. 1. Lud. Rom.*

*singul. 189. Zoësus de rep. Chrif. c. 28. m. 16. Tuschus Concl. 191. ulterius concedit Jus sepulcri extraneis legari, donari, & cum universitate bonorum alienari posse.*

VII. Quia viventium unio, & affectio morte non solvit, sed perdurare creditur, eaque major inter patrem, & filium, quam nepotem, & avum esse solet, si in diverso sepulcro conditus fuerit avus & pater, cum hoc, non cum illo sepelietur filius. Frater autem, & soror in eodem tumulandi sunt, c. *Vnaquaque 13. quest. 2.* Filii vero naturales in sepulcro patris, nisi hic in dignitate fuerit constitutus. *arg. l. ex facto §. si quis ff. ad S. C. Trebell. Spuriis, & legitimati à Principe cum matre sepeliuntur, nisi haec illustris sit l. 1. ff. ad municipalem, vel aliud à patre constitutum sit. Legitimi vero, & naturales cum patre, licet hæredes illius non existant c. Hebron. 13. q. 2. Oldr. Conf. 25. & 257. Decianus l. 6. c. 40. num. 31. Barb. in c. Cum quis de sepult. in 6. Silvest. quest. 8.*

VIII. Uxor non electa sepultura cum viro sociabitur, ut non separet mors, quos vita conjunxit. Si nupta pluribus fuit, ultimi sepulcro condetur, quamvis in paternam domum vidua rediisset. Non n. loci hoc, sed personæ privilegium est. Si ante maritum deceperit, vel maiorum sepulcro, si maritus non providit aliud, vel ubi placuerit, requiescerit. Quid autem, si sepulturam ipsa elegit, & ante maritum decepsit, hic, qui nullam elegit, nunquid illam sequetur? Consuetudo docebit c. is qui de sepul. in 6. Rosella n. 15. & 16. Canis. l. 3. de resul. tr. 12.

IX. Neque jus sepeliendi, neque officium funebre, neque locus sepulturæ dicitur aut consecratus vendi, & emi-

goest

Yy 3

potest absque Simonia. c. abolende ubi In-  
noc. Archid. c. dictum 1. q. 1. c. præcipendum  
13 q. 2. c. in Ecclesiastico de Simonia. Terra  
verò seu locus nondum consecratus  
comparari pretio potest. c. Aurum 12. q.  
2. Neque hic aliter ratiocinandum, quām  
de vasis, & suppelæctile sacra vendenda.  
Ubi S. Thom. in 4. Diff. 25. quaest. 3 art. 2. di-  
stinctio valet, in necessitate aurum ven-  
di, non consecrationem, nec ideo, quia  
consecrata res est, pluris estimari. De re-  
liquiis & similibus idem Summisæ do-  
cent. V. Tabienam V. Simonian. 37. & 38.  
qui addit Simoniam esse, quando pecu-  
nia taxatur pro hoc vel illo cœmeterio,  
cum plura sunt: quod ex intentione dan-  
tium, & accipientium pendet. V. Zerol.  
part. 1. V. sepulta.

X. Æris alieni & debitorum causa nul-  
lius differenda, aut impedienda sepulta-  
ra est. I. cum sit injustum C. de sepulc. viol.  
nec inferri ulla molestia debet intra de-  
cem dies ab obitu, & quicquid attentatum  
fuerit irritum, & inutile est. Auth. sed  
nece ante C. de sepult. viol. Si quis verò ad  
domum defuncti accedens ipsam, vel do-  
mesticos divexet, vel insignia rebus ip-  
sius affigit, ipso jure actionem perdit, &  
condemnatur hæredibus injuriatur in  
compensam, tertia ipsius bonorum pars  
publicatur, & est infamis. Idem juris de  
eo est qui circa funus peccat. Angel. num.  
34. Silv. num. 12. Tabiena num. 19. Covar. l. 2.  
Var. c. 13. num. 10. Layman. l. 3. tract. 6. c. 12.  
n. 10. Navar. de sepult. Consil. 4.

XI. Quod funeris expensas atinet, eas  
præstare tenetur hæres illorum, quibus  
succedit: pater respectu filiorum, Do-  
minus respectu servorum, maritus uxo-  
ris. I. ff. de religiosis, & sumptibus. fun. I. si

quis ff. eod. Si uxor dotem haberet, ex illa  
fiet, si simul alia bona, de his, & illa pro-  
rata. I. Neratius ff. eod. In horum defectu  
vir de suis. Aliqui malunt hoc onus ha-  
redibus imponere, quos mulier reliquit,  
I. quod si nulla ff. de relig. & sumpt. fun. De-  
cianus l. 6. c. 40. num. 49. Silv. V. Hæredita  
III. num. 3. Item V. sepulta q. 12. 14. & 15.  
Tabiena num. 22. Loricinus eod. §. 9. Eman.  
Sa. V. sepulta num. 11. Rosella n. 21. Patro-  
chiale Curatorum Lochmayer c. 6.

XII. Statutum à Laicis factum, de quo  
ta sumptuum, ne quis ultra summam de-  
finitam amplius quid expendat, irritum  
est. Quamvis enim non videatur esse de  
re aliqua spirituali, est tamen de conne-  
xis, pia cause nocet, & intentionem mo-  
rientium limitat. c. cum Laici de reb. Eccl.  
non alien. ubi Innoc. XII. contra Laicos que-  
ritur, quod de mortuariis, aliisque, que  
juri spirituali annexa videntur; illicet  
præsumant. Quod de mortuariis dicitur,  
Marta de Iurisd. part. 4. intelligit de im-  
pensis, quæ fiunt in remedium sine solati-  
um animæ defuncti, non verò de iis, que  
fiunt ad pompam vivorum. Idem  
prius scripsit Imola, & Panorm. inc. si. de  
reb. Eccl. non alien. valere scilicet ejusmodi  
statuta quatenus disponunt de iis, que  
non applicantur Ecclesiæ. Angel. V. sepul-  
t. num. ult. V. Immunitas num. 47. Armilla V.  
exequiæ num. 2.

XIII. Causa hæredibus suis præcepit,  
ut corpus suum non sepelirent, quid fa-  
cio opus?

Resp. Plerique Summisæ, non esse pa-  
rendum, allegando I. quidam de conditioni.  
institutionum. Sed ibi de eo tantum que-  
stio proponitur, qui corpus tuum justè  
in mare projici, quod propter inhuma-  
nitatem

PARS II. TIT. V. DE SEPVLTVRIS.

359.

nitatē merito non recipitur facien-  
dum. Manet ergo dubium de eo, qui ju-  
bet non inferri sepulcro corpus suum,  
sed extra illud servari; de quo una reso-  
lutio non videtur sufficiens, nisi de cau-  
sa notiva constiterit. In dubio consulen-  
tus erit Episcopus.

§. III.

*De indignis sepultura.*

I. In loco sacro humandi & sepeliendi  
sunt omnes sacro baptisimare abluti.  
5 nullus iun. Glo. 13. q. 2 c. Eccles. de consecr. Difst.  
nihil obstat excommunicatio , interdi-  
ctum, prohibitio, coniuvendo, vel impœ-  
nitentia. Unde etiam ad mortem damna-  
rios leperos in loco sacro fas, quando poe-  
nitentes obiisse certum est. Abb. & DD. in  
cetera parte n. 4 de sepult. Aliquando tamen  
velim exaggerationem pœnae vel aliorū  
commonitionem & exemplum cadave-  
ris sepulta manent. Covar. l. 2. Var. c. 1. ex  
eo , quod nulli quisquis flagitiosissimo  
potenti sacramentum penitentiae negari  
posset, sequi necessitatè existimat, neque  
sepulturam negari posse: in dò nec con-  
suetudinem indui, ut damnatis ultimo  
suppicio non permittatur sepultura Ec-  
clésistica, nec Judices illam negantes à  
peccato immunes esse, ex Clem. i. de sepult.  
Petrus Ravenn. probat, quod verum, si abli-  
querationabili causa id faciant. Cense-  
tar autem sufficiens causa quam supra  
individuimus, pœna, & exemplum. Torre-  
blancaz. Demonolog. c. 31. Clarus §. s. q. 5.

II. Duodecim conditionibus persona-  
rum, ait Angelus n. 13. Ecclesiastica sepul-  
tura interdictitur, vel negatur, i. non bap-

tizatis, inter quos numerandū etiam in-  
fantes Christianorum parentum, hære-  
ticis item licet post mortem primò dete-  
gantur c. Ecclesiam de consecr. Difst. l. c. Sanè  
24. q. 2. Adde Catechumenos, pro quibus  
tamen, si credentes deceaserint Ecclesia  
orat. Palud. in 4. Difst. 4. q. 3. art. 1. ex S. Am-  
broz. de obitu Valentin. Imper. 2. Excommu-  
nicatis, ne mortuis cōmunicemus, quos  
vivos execrati sumus c. ex parte c. sacrif. h.  
t. Clem. 1. eod. Intellige non de minori, ut  
frustra quidam, sed majori excommunicatione.  
3. Usurariis publicis, ac notoriis.  
c. quia in omnib. de usur. c. quanquam eod. ti-  
tulo in 6. & Clem. 1 eod. Intellige post letam  
condemnationis sententiam. 4. Illis, qui  
sibi ex proposito, ac sponte impias ma-  
nus mortemque intulerunt. c. placuit. 24.  
q. 5. c. quib. 13. q. 2. nisi penitentiam ege-  
rint. Ign. Lopez in palt. crim. c. 17. n. 11. 5. In-  
terfectis in duello vel torneamento, seu  
hastiludio ubi est probabile mortis peri-  
culum. Con. Tr. s. 25. c. 19. 6. blasphemis  
impudentibus. c. statuimus de malef. 7.  
Raptoribus non satisfacentibus. c. 2. de  
raptoribus. 8. Furibus, & latronibus in fla-  
granti delicto occisis: non verò, si com-  
prehensi, vulnerati, & ritè confessi fue-  
rint c. Fures & latrones. 14. q. 2. 9. Nomina-  
tum interdictis. Clem. 1. de sepultur. 10.  
Qui tutorem presbyterum in testimen-  
to constituant. c. ult. Difst. 88. 11. Qui ne-  
semel quidem in anno confessi sunt, qui-  
que Paschali tempore Eucharistiam non  
sumplerint. c. omnis. utriusque de pœnit. &  
remiss. 12. Monachis qui post mortem  
depr. henri fuerint cum peculio , ac  
proprietarii. c. Monachi 2. c. super quo-  
dam 4 c. Cum ad Monasterium §. quod si pro-  
prietas de statu Monachor.

Denique